

40. Mens per negligentiam paulatim defluit, et usu continuo ad deteriora prolabitur. *Ibid.*, epist. 131, ad *quendam Priorem*.
- PET. CELL. 50. Negligentia male olet, diligentia semper bene redolet. Lib. 1, epist. 19, ad *Joannem Episc.*
- THALASSIUS 51. Negligens multis dominis vendundatus est, et versatur ubicunque duxerint. *Hexacontad.* 3, sent. 60.
- THOMAS A KEMPIS. 52. Noli esse negligens, quia negligentia multi boni operis et temporis perditio est. *Serm.* 30, ad *Novit.*, divis. 6.
53. Cito potest periri per negligentiam, quod multo labore vix tandem acquisitum est per gratiam. Lib. 1, de *Imit. Chr.*, cap. 22, sect. 6.
54. Quod parvum vel nihil prodest attenditur, et quod summe necessarium est, negligenter praeteritur. Lib. 3, de *Imitatione Christi*, cap. 44.
- S. VALER. EPISC. 55. Nunquam potest fieri, ut sine offensa diem transigat, quem negligentia addidit servituti accusat. *Homil.* 3, de *Arcta vita*.
56. Omnibus sine dubio periculis subjacet, qui vitam suam quolibet tempore negligentiam tradiderit. *Ibid.*, *homil.* 19.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- CICERO. 57. Diligentia comparat sibi divitias, negligentia corrumpit animum. Lib. 4, de *Arie rhetor.* ad *Herenn.*
- SENECA. 58. Turpissima est jactura, quae per negligentiam fit. *Epist.* 1.
- NEGOTIATIO.
- S. ANTONIN. *Definitio.* Negotiator proprie est, qui rem comparat ut integram et immutatam vendendo lucratur. *Part.* 3, tit. 8, de *Mercatoribus*, cap. 3.
- CASSIODOR. Quid est aliud negotiatio, nisi quae possunt vilius comparari, carius velle distrahere? *Super Psalm.* lxx, vers. 47.
- GLOSS. ORD. Negotiari est terronis lucris inhicere. *Super Math.* cap. 22, in illud: *Alius ad negotiationem suam.*
- HUGO CARD. Negotiatio est commutatio dati et accepti. *Super Lucam*, cap. 19.
- S. THOMAS AQUINAS. Negotiatio illa honesta est, et christianorum legis permissa, qua pecunia vel res, vel pecuniae, rei familiaris augendae causa, permulatur. 2, 2, *quest.* 177, art. 1.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMEROS. 1. Nihil deformius quam usu quodam degeneris mercaturae questu sollicitari ignobili, et diebus ac noctibus aestuare corde, et inhicere. Lib. 3, *Offic.*, cap. 9.
2. In contractibus etiam vitia corum, quae veniunt, prodi jubentur: ac nisi intima verit venditor, quavis in jus emptoris transcripserit, doli actione vacuantur. *Ibid.*, cap. 10.

3. Plurimi mercatores animas suas pro acquisitione pecuniarum perditioni tradunt. *Super Apocal.*, cap. 18.
4. Difficile lupi a cadavere, formicae a grano, a melle muscae, meretricis a prostituta, mercatores a foro separantur. *Serm.* *Dom. infra octav. Nativit.*
5. Homines in omni contractu cum hominibus, nemini faciant quod pati nolunt. Lib. 2, de *Ordine*, cap. 8.
6. Minus quidam vel seipsum intendo, vel alios quoque experiendo, vili velle emere et care vendere omnibus id credit esse commune. Lib. 13, de *Trinit.*, cap. 3.
7. Dignitatis homini negotiari deformis est. *De Question. vet. et novi Testam.*; *quest.* 102.
8. Aviditatis nescio qua acquirendi, o negotiator, quando damnatum passus fueris, blasphemias: pro pretiis rerum quas vendis, non solum mentiris, verum etiam falsum iuras. *Super Psalm.* lxx, in *enarrat.* prima pars, vers. 17.
9. Quae honeste emantur, non illicite venduntur. *Tract.* 10, *super Evang. Joan.*, cap. 2.
10. Si negotiatio domus non debet fieri domus Dei, dissolutionis debet fieri? *Ibid.*
11. Quibus tempestatis et procellis, quam horribili et tremenda saevitiae coeli et maris importuni sunt mercatores, ut divitias ventosas accquirant, majoribus quam quibus acquistari sunt periculis et tempestatis plena? *Serm.* 9, de *Verbis Dom.*
12. Quotidie negotiatores de naufragio nudi evadunt, et iterum navigant ad periculum, propter divitias acquirendas. *Serm.* 6, de *Martyrib.*
13. Negotiari aliquando licet, aliquando non licet: antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, factu jam non licet. Habet in *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 50, *can. Fornicari.*
14. Mendacium negotiatorum, est sigillum antichristi. *Serm.* 30, *Per. 5, post Dom. 4, Quadr.*, part. 1.
15. Negotiatores qui rapinam meditantur in emptione, et fraudes in venditione, volunt emere vilissime et vendere carissime. *Exposit.* 2, *super Psalm.* cxviii, cap. 1, vers. 46, art. 2.
16. Optima negotiatio est, qua quis spiritualia dat, ut spiritualia colligat; et haec est bona, et Deo placita. *Super Luc.*, cap. 19, in illud: *Negotiavit.*
17. Ecclesia fit spoliata latronum, quando in ea est negotiatio cupidorum. *Serm.* 4, *Dom. 9, post Pent.*
18. Nullissimi negotiatores sumus, qui damus pro plumbo argentum, pro archaleo aurum; immo pro bono transitorio bonum sinitium. *Serm.* 1, de *S. Bartholomaeo*.
19. Studium avaritiae, sive fraudis, proprium so-

- let esse negotiantium facinus. Lib. 4, *Pharetrae*, cap. 48.
20. Mercatorum fidelium haec lex est, scilicet sicut sunt socii in damno, ita sunt socii in lucro. *Tit. 7, Diator*, cap. 4.
- CASSIODOR. 21. Negotiatores illi abominabiles aestimantur, qui justitiam Domini minime considerantes, per immoderatum pecuniae ambitum polluantur, merces suas plus perjuriis onerando, quam pretiis. *Super Psalm.* lxx, vers. 17.
- S. CYRILL. ALEX. 22. Mercatorum negotia, etiamsi laborantibus quam maxime ad voluntatem succedant, nihil apud eos, qui optimam vivendi rationem elegerunt, habent admirationis. *Homil.* 16, de *Festis Paschal.*
- S. EUSEBIUS EMBESEN. 23. Pretiosa et concupiscibilis merces, cupidum et avidum negotiatorem requirit. *Homil.* 3, ad *Monachos*.
- GLOSS. DEGR. 24. Mercatio vix sine peccato fit. In *Decret. Gratiani*.
- S. GERGOR. NAZ. 25. Negotiatio maxima est, et firmissima penes eos, qui compotes sunt mentis. *Orat.* 3, *super Ebraeos suam*.
- HAYO. 26. Habent hoc proprium hi, qui negotiandi operibus insistent, ut si in uno negotio damna incurrerint, studiosius negotiandi operibus insistent, quousque quod in una re perdidit, in alia acquirat. *Serm.* de *Virginibus*.
- S. HIERON. 27. Dum tu ignavus negotiator denarium tenes, alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupasti. *Epist.* 4, ad *Heliodor.*
28. Negotiatorem clericum, quasi quandam pestem fuge. *Ibid.*, epist. 2, ad *Nepotian.*
29. Si negotiatores seculi tanta sustinent, ut ad incertis periturae divitias perveniant, et servent cum anima discrimine, quae multis periculis quaeritur: quid Christi negotiatori faciendum est, qui venditis omnibus quaerit pretiosam margaritam? *Ibid.*, epist. ad *Rusticum*.
- S. BERNARD. SENENSIS. 30. Negotiator avidus maris contemnit, dum in omni labore lucrum cogitat, et lassitudinem simul obliviscitur et timorem. *Epist.* ad *Demetriad.*
- S. DONAT. 31. Negotiatores nihil gratuito accipiunt, nec gratis tribuunt, sed universa mercantur. Lib. 8, *super Ezech.*, cap. 27, *super illud: Venditores Saba*.
- S. HILARIUS 32. Negotiosus tristis, anxius, sine requie ulla damni metu semper detinetur: honestatis immemor est, amicitiarum inobersans, humanitatis fugax; religionem nescit, bonitatem omnino odit. *Super Psalm.* cxxv.
- HUGO A S. VICTORE. 33. Solent mercatores quandoque duabus mensuris uti; una, qua vendentes sua distribuunt; altera vero, qua ementes aliena recipiunt. Sed haec major est ipsis, minor est proximo. Lib. 2, de *Claustro anim.*, cap. 6.
34. Felix negotiatio, ubi salus emittit, et vita morte redimitur. *Super Genes.*, cap. 27.
35. Pessimia negotiatio est, ubi pro modica delectatione transitoria datur tota gloria paradisi, et emittit tota pena inferni. *Ibid.*, cap. 42.
36. Tanti emptior, quam venditor undique peccans opprimitur: unus jurat quod non dabit pro tanto, alter jurat quod non dabit nisi tantum. Unus jurat, quod valet centum: alter jurat, quod non valet sexaginta. *Super Ecclesiastic.*, cap. 27.
37. Actus pessimus in negotiatione, non res honesta, damnatur. *Ibid.*
38. Ille negotiator abominandus est, qui propter immoderatum ambitionem merces suas plus onerat perjurio, quam pretio. *Ibid.*
39. Negotiatio proprie avaris convenit, qui etiam animas suas habent venales. *Super Isai.*, cap. 45.
40. Turpe lucrum est, emere, et pluris vendere: turpe est enim huic professioni quaestibus studere. *Super 4, ad Timoth.*, cap. 3.
41. Justum est, ut qui est participes in negotiatione, participet in lucro. *Super Apocal.*, cap. 1.
- S. JOHANNES CHRYSOST. 42. Negotiator in mari spe lucrorum acquirendorum pascat, et omnes aerumnas animose excipit, ut aeneis opibus suis domum redeat. *Homil.* 26, *super Genes*.
43. Damnosa mercatio est, si salus pro cibo impenditur, aut magnis villa comparantur. *Serm.* de *Jacob et Esau*.
44. Negotiatoris prosperata felicitas, apotheca multiplex est. *Homil.* 36, *super Math.* *Oper imperfect.*
45. Homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. *Ibid.*, num. 38.
46. Negotiatorum substantia, aut ipsis viventibus peritura est, aut a malis heredibus dissipanda, aut ad extraneos et inimicos hereditas ipsorum ventura est: quia non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo. *Ibid.*
47. Substantia negotiatorum, dum vadunt et veniunt inter emptionem et venditionem, minuitur, et in novissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum. *Ibid.*
48. Quicumque rem comparat, non ut ipsam rem integram et immutatam vendat: sed ut opus faciat ex ea, ille non est negotiator. *Prose.*
49. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram et immutatam dando lucratur, ille est mercator. *Ibid.*
50. Si quis rem comparatam vendit, mercator est et maledictus: quanto magis maledictus erit, qui non comparatam pecuniam, sed a Deo donatam sibi, dat ad usuram? *Ibid.*
51. Super omnes mercatores, plus maledictus



- damnablem secularibus involvere. *Ibid.*, epist. 42, ad *Robertum Cameracensem*.
- PET. CELL. 54. In negotiis amicorum gerendis, tantumdem bonae fidei exigitur, quantum et in propriis. Lib. 7, epist. 44.
- S. PETERUS DAMIAN. 55. Mens terrenis obtenebrata negotiis, frustra se in contemplationis culmen attollere nititur, dum actionum secularium merito, quasi congestis lapidum roderibus aggravatur. Lib. 4, epist. 15, ad *Alexand. pap.*
56. Secularium negotiorum ratio animam passionibus desiderii facit obnoxiam. Opusc. 12, cap. 25.
- PEILO JUD. 57. Caput negotiorum est finis eorum. *De Scripse. Abel.*
- TERTULLI. 58. Quanto in arcto negotium est, tanto operosior probatio est. *De Penit.*, cap. 9.
- TROPHILACTUS. 59. Si illi nec patrem sepeliri licuit, vae his qui monasticon professi, ad mundana regrediuntur negotia. *Super Matth.*, cap. viii, in illud: *Sine mortuis sepelire.*
- THOMAS A KEMPIS. 60. Tanto longinquior fit homo a Deo, et frigidior in seipso, quanto occupatior et disturbior in negotio externo. *Medit.* 28, in *Dominica Palmor.*, cap. 2.
- IN VIT. PAT. 61. Arduum est, ac perquam difficile, ut qui hujusmodi vita negotiis, tanquam vinculis quibusdam strictis tenetur, ejusque curis ac tumultibus distinctur, purum seipsum atque inchoem ab his servet. Lib. 1, in *Vita SS. Barlaam et Josephat.*, cap. 42.
- ARISTOTEL. 62. Magis expetendum est otium, quam negotium: negotia enim sunt cum labore et conatu. Lib. 8 *Polit.*, cap. 3.
63. In omni negotio quiddam jucundum est, ipsamque voluptatem summo studio vilare oportet. Lib. 2 *Moral.*, cap. 9.
- CICERO. 64. Clarorum virorum atque magnorum, non minus otii, quam negotii rationem exulare oportet. *Orat.* 31, *pro Plancio*, num. 66.
65. Caput est in omni procuracione negotii, et muneris publici, ut avaritia pellatur etiam minima suspicio. Lib. 2 *de Offic.*, num. 75.
66. In omnibus negotiis priusquam aggrediari, adhibenda est preparatio diligens. Lib. 1 *de Offic.*
- EPICETUS. 67. Cogita quid anteedere, quid sequi solet, atque ita rem gerendam suscipito. In suo *Enchirid.*, cap. 35.
68. Homo, primum considera cuiusmodi sit res quam aggredi voleris, deinde natura quoque tua eamne ferre queat, explora. *Ibid.*, cap. 36.
- SENeca. 69. Estimanda sunt ipsa que aggredimur negotia, et viros nostre cum rebus, quas tentaturi

sumus comparande. *De Tranquillit. animi*, cap. 5.

70. Illum felicissimum dixerim, qui nihil negotii secum habuit. epist. 52.

71. Nihil tam certum est, quam otii vitia negotio discuti. Epist. 56.

72. Prospera negotia, cum divina suffragacione foventur, humana minus indigent. Lib. 4, *Dictor. memorab.*, cap. 7.

Vide etiam tit. *Dignitas*, sent. 29; *Felicitas*, sent. 136; *Natura*, sent. 74; *Religiosus*, sent. 34; *Seculum*, sent. 37; *Temperantia*, sent. 16.

## NESCIRE.

Nescire, est ignorare essentialium rerum, aut factorum quorumcumque. Vel, Nescire, est scientia carere in subiecto capaci.

*Differentia.* Inter nescire et ignorare hoc interest: quod qui nescit, omnium notitia caret; qui ignorat, aliquid scit. Lib. 1 *de Different. Different.* 44.

Ignorantia in hoc a nescientia differt, quod nescientia dicit simplicem scientie negationem, seu earentiam: ignorantia vero importat scientie privationem, dum scilicet alicui deest scientia eorum que aptus natus est scire. 4, 2, quest. 76, art. 2.

## PRODUCTIO.

*Productio.* Origo totius mali ab ignorantia descendit, et ipsa est malorum omnium mater, ex qua incuria et ignavia gignitur. Lib. 5 *Reconqu.*

Ignorantia mater errorum est, ignorantia vitiorum nutrit, et peccatum per ignorantiam magis pravelet. Lib. 2, *de Synonym.*, cap. 43.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras. Lib. 3 *de Libero arbit.*, cap. 19.
2. Non quod naturaliter quis nescit, et naturaliter non potest, hoc anime deputatur in reatum; sed quod scire non studuit. *Ibid.*, cap. 22.
3. Non erubescendum est homini, confiteri se nescire quod nescit; ne dum se scire mentitur, nunquam scire mereatur. Epist. 457, ad *Optatum*.
4. Sunt quedam, que nescire quam scire sit malum. In *Enchirid.*, cap. 17.
5. Non est consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. In *Enchirid.*, cap. 17.
6. Nemo erit me scire querat, quod me nescire scio, nisi forte ut nescire discat, quod sciri non posse sciendum est. Lib. 12 *de Civit. Dei*, cap. 7.
7. Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras. *De Natura et gratia*, cap. 67.

8. Nunc nescio, nec me pudet ut istud fatear nescire, quod nescio. Lib. 1 *de Anima et ejus orig.*, cap. 16.
9. Melius, homini est fateri se nescire quod nescit, quam temere defensare quod nescit. *Ibid.*, cap. 19.
10. Non te quando aliquid nescis; existimes scire: sed ut scias, discas nescire. *Ibid.*, lib. 4, cap. 24.
11. Id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset. *De Natura et gratia*, cap. 47.
12. Melius est nescire, quam errare: sed scire est melius, quam nescire. Tract. 21 *super Evang. Joann.*, cap. v.
13. Melius est pie confiteri ignorantiam, quam temere scientiam vendicare: quia temeritas peccatum habet, sed ignorantia promeretur veniam. Serm. 15, ad *Fratr. in eremo*.
14. Non omnis qui ignorat, immunis est a poena. Ille enim ignorans potest excusari a poena, qui quod discretus non invenit: illis autem hoc ignosci non poterit, qui habentes a quo discerent, operam non dederunt. Hab. apud *Gratian. in Decretis*, part. 1, dist. 37, can. *Non omnis*.
15. Infelix homo, qui scit omnia, te solum nescit: beatus autem qui te scit, etiam si illa omnia nesciat. Lib. 5 *Conf.*, cap. 4.
16. Certe nullius crimen maculat nescientem. Epist. 48.
17. Cum labore discimus, sine labore nescimus. Lib. 22 *de Civit. Dei*, cap. 22.
18. Pejor est conditio scientium legem Dei, si non faciant, quam nescientium: ignorantia tamen simpliciter non excusat. *De Gratia et lib. arb.*, cap. 3.
19. Plus a pecoribus distat, qui ejus aliquid nescire se scit, quam qui se putat scire quod nescit. Lib. 4 *de Anima et ejus orig.*, cap. 2.
20. Innocentes sunt etiam dum nesciunt. *De Eccles. unitat.*, cap. 2.
21. Multa scienda nesciuntur, aut sciendi incuria, aut discendi desidia, aut verbum inquirendi. Epist. 77, ad *Hugonem de S. Victore*.
22. Ipsa est profunda ignorantia, nescire quod pecces. *Super Psalm. ii*, vers. 23: *Et nescivi*.
23. Nihil gravius est, quam si id quod ignorat quis, scire se credat: et defendat verum esse quod falsum est. Lib. 5 *Reconqu.*
24. Grande malum est ignorantia, non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse quod expedit: ubi autem cognoveris, perit ignorantia. Epist. 3, *de Offic. sacerdot.*
25. Hac maxima est scientia; in divinis ignorantiam fateri. *Catech.* 6.

26. Aliud est nescisse, aliud scire noluisse: nescire enim ignorantia est, scire nolle superbia. Lib. 25, *Moral.*, cap. 11, num. 16, super illud *Job. xxxiv*: *Et omnes vias ejus*.
27. Nemo bene judicat quod ignorat. *Ibid.*, lib. 27, cap. 4.
28. Qui ea que Dei sunt, sapimus, a Domino sapimur: et qui ea que Dei sunt, nesciunt, a Domino nesciuntur. Hab. in *Decret. Gratian.*, part. 1, dist. 38, can. *Qui ea*.
29. Mellus est aliquid nescire secure, quam cum periculo discere. Epist. 22, ad *Eustoch.*
30. Non me pudet nescire quod nescio. Lib. 1, *Dialog. advers. Pelag.*
31. Non parum est scire quid nescias; prudentis hominis est, nosse mensuram suam. Epist. 33, *advers. Vigil.*
32. Nullus excusatur pro ignorantiam: quia tot doctores habet, quot creaturas videt. *Super Prov.*, cap. vi.
33. Qui nescit, facile ratione ducitur: qui vero scire credit cum nesciat, non potest facile veritatem suscipere, sed majori sudore opus est, ut antequam vera inculcentur, falsa ex animo ejus ejiciantur. *Homil. 76 super Matth. Oper. perfect.*
34. Ignorantia negligentia filia est. *Homil. 42 super Matth. Oper. imperf.*
35. Qui scire se dicit, is potissimum ignorat quod se scire dicit: sed qui se ignorare dicit, partem aliquam veritatis novit. Serm. 19, super *Epist. ad Ephes.*
36. Melius est bene ignorare, quam turpiter scire: illud enim nullam reprehensionem habet, hoc venia omni carere debet. *Orat. 5 de Fato*.
37. Ibi non est ignorantia jam excusabilis, ubi scitur quid sit illud quod ignoratur. Lib. 4, *homil. 4, ad Monachos*.
38. Turpe quidem est nescire quod scire jubetur, turpius non discere, turpissimum vero contemnere. *Ibid.*
39. Quod sine peccato nescitur, non est cum periculo discendum. Epist. 33, ad *Fratr. Bernard. Minorit.*
40. Interdum quedam nescire convenit: sed nullus in culpa major est, quam ille qui Deum nescit. Lib. 2 *de Sum. bono*, cap. 4, sent. 5.
41. Nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet: noluisse vero scire, ad contumacem superbiam. *Prose.*
42. Voluntatem quippe proprii domini velle nescire, quid aliud est, quam velle dominum superbiendo contemnere? *De virtutibus*
43. Nemo igitur se de ignorantia excuset, quia Deus non solum eos judicat, qui a cognitione sua

S. GREGOR.  
MAGNUS

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

JOAN. TRIT.

S. ISIDORUS  
HISPALENS.S. CYRILL.  
HIEROSOL.

reverentur, sed etiam et illos, qui nescierunt. *Ibid.*, cap. 47, sent. 6.

44. Ignorans quid sit culpa dignum, non sentit: ignorantia nec quod delinquit, agnoscit. *Lib. 2, de Synonym.*, cap. 43.

LACT. FIRM. 45. Non ab eo veritas exigenda est, qui se necire fatetur. *Lib. 6, de Divin. inst.*, cap. 12.

46. Qui se putant scire quod nesciunt, inepte arrogantique desipiunt. *Ibid.*, cap. 18.

S. LAURENT JUSTIN. 47. O nescientia quanta sunt mala! sub ipsa jacet ratio, discretio periclitatur, fluit mens, fugatur humilitas, virtus deperit, turbatur pax, ordo confunditur, disperditur gratia, desideria sancta concepta frigescent. *De interiori conflictu*, cap. 8.

48. Ubi dominatur ignorantia, ignavia praevallet. *Ibid.*

S. LEO I. 49. Si vix in laicis tolerabilis incertitia, quanto magis in eis qui presumunt, nec excusatione est digna, nec venia! *Epist.* 23.

50. Ignorantia in graves nonnunquam incidit lapsus. *Epist.* 13, *ad Pulcheriam augustam*.

PHILO JUD. 51. Agnoscere suam ignorantiam, finis est scientiae. *De Migrat. Abrahae*.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL. 52. Ignorantia nostri, rerumque aliarum provenit ex eo quod non ducimur, nisi sensu ad discendum. *Lib. 12, Theolog.*, cap. 20.

PLATO. 53. Pessimum ignorantiae genus est, ut is qui nescit, scire se putet. *Sizigia 2 in Dialogo sophista*.

54. Qui res suas ignorat, eadem sane ratione res aliorum ignorabit. *Sizigia 4, in Dialogo Alcibiadis*.

SENECA. 55. Temeritas est, dammare quod nescias. *Epist.* 91.

56. Omnes male habet ignorantia veri, tanquam ad bona feruntur, decepti rumoribus. *Epist.* 148.

Vide etiam tit. *Definitio*, sent. 42; *Magister*, sent. 15; *Origo*, sent. 42; *Scriptura sacra*, sent. 426.

NIHILUM.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Nihil est quiddam est diaboli, quod nullam potest habere perpetuitatem, atque substantiam. *Lib. 2 de Jacob.*, cap. 5.

S. ANTONIN. 2. Nihil est quod in mundo appareat veri et firmi boni: nihil enim est, quod de se tendit in nihilum et sicut omnia ex nihilo facta sunt, ita ex se debeant redire in nihilum. *Part. 2, tit. 5, cap. 14, § 3.*

S. AUGUST. 3. Vita, quae fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum. *De Vera relig.*, cap. 14.

4. Sine protectione Dei nihil est. *Super. Psalm LXII, vers. 8.*

5. Haec est tota scientia magna hominis, scire quia ipse per se nihil est. *Super. Psalm LXX, conc. 1.*

6. Falsum probare non potest, qui probat nihil. *Lib. 1, contra Academ.* cap. 4.

7. Qui nihil approbat, nihil agit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 45.

8. Omnis defectus tendit ad nihilum; et interitum nullum magis proprie oportet accipi, quam cum id quod aliquid erat, nihil fit; quare tendere ad nihilum, est ad interitum tendere. *De immort. animo*, cap. 7.

9. Omnia de nihilo Deus creavit. *Lib. 1 de Lib. arb.*, cap. 2.

10. Scri non potest, quod nihil est. *Ibid.*, lib. 2, cap. 20.

11. Detracto penitus omni bono, omnino nihil remanebit. *Ibid.*

12. Omnis defectus ex nihilo est. *Ibid.*

13. Quod nulla res est, omnino nihil est. *Lib. 1, de Doctr. christ.*, cap. 2.

14. Creatura, quae beata esse potest, non ex seipsa potest, quia ex nihilo creata est. *Lib. 12, de Civit. Dei*, cap. 4.

15. Peccatum nihil est, et nihil fiunt homines, cum peccant. *Tract. 1, super Joan.*

16. Ante mundum Christus, ante Christum nihil. *Ibid.*, tract. 38.

17. Ad nihilum reductus est homo, nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat Deus? Quomodo nihil, erga quem appositum est cor divinum? Respiremus fratres, et si nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde Dei potest aliud latere de nobis. *Serm. 5, Dedicat. Eccles.*

18. Ecce quasi non simus sic sumus coram Deo, quasi nihilum et inane reputati: putantes nos aliquid esse, cum nihil simus. *Serm. de quinque negotiationibus*.

19. Nihil ex nihilo existere, vera sententia est, cui nemo tanquam veterum refragatus est. *Lib. 5, de Consolat. philos.*, prosa 4.

20. Nihil sunt et nihil fuerunt homines, scilicet sine valore in se: cum peccant. *Super. Sap.*, cap. 3.

21. Sine charitate homo nihil est. *Ibid.*, cap. 9.

22. Nihil omnia sunt, in quibus homo gloriatur. *Super. Psalm. XXXVI.*

23. Cuncta ex nihilo facta sunt, et in nihilum tenderent, nisi ea auctor omnium manu retineret. *Lib. 4 Moral.*, cap. 46, num. 18.

24. Peccator, quia peccando ad nihilum tendit, cum nihil illud, cui inhaesit, deserit, quasi ad esse redit. *Lib. 5, in I Reg.*, cap. 1v.

S. BERNARD.  
S. BONAVENT.  
GLOS. ORD.  
S. GREG. MAG.

HAYMO. 25. Omnis creatura, quae non adhaeret illi, qui semper habet esse, nihil est. *Serm. Dom. 16, post Pent.*

HUGO A S. VICTORE. 26. De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti: Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. *Lib. 1, Dulace.*, cap. 7.

27. Peccator ad nihilum devenit, quia recedit ab eo qui est, quia socius fit ejus qui non est, quia conjungit sibi peccatum quod non est, quia melius est non esse quam in gehenna esse. *Super. Psalm. LVII.*

HUGO CARD. 28. Homo ex se nihil est: si autem aliquid est, ex Dei munere est. *Super. Sapient.*, cap. vi.

PETRUS EL. 29. Graviter decipiuntur, qui putant se aliquid esse, cum nihil sint. *Epist. 107, ad Amic. suam.*

PHILO JUD. 30. Sicut ex nihilo nihil fit, sic nihil corruptione redigitur in nihilum: nam ex non existente impossibile est quidquam fieri, et ens prorsus interire impossibile creditur. *Lib. Quod mundum sit incorruptib.*

31. Nihil in nihilum recidere natura patitur: sed unde est initium, eodem finis redit. *Lib. 2 de Victimis.*

RICHARD A S. VICTORE. 32. Discat quisque quam nihil sit, et per semetipsum quam nihil possit. *Part. 1, lib. 2, de Erud. hom. inter.*, cap. 30.

33. Nos nihil sumus, et tamen magna de nobis aestimamus. *Part. 1, de Baptism. Christi.*

TERTULL. 34. Qui nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus es, cum esse desideris: cur non posses esse rursus de nihilo ejusdem auctoris voluntate, qui voluit esse de nihilo? *In Apolog. advers. Gentes*, cap. 48.

35. Omnia ad nihilum tendunt, quae foris nitida parent. *In Hortulo rosar.*, cap. 10, sect. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

SENECA. 36. Omnis dies, omnis hora, quam nihil sumus, ostendit. *Epist.* 101.

NIMIETAS.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Cave quod est nimium, omnis enim vehementia saluti inimica est, et excessus omnis in culpa. *Prose.*

2. Bonarumque rerum consuetudo nimia, pessima est. *Part. 3, tit. 3, cap. 4 §. 9.*

3. Nimieta cibi, calorem naturalem suffocant. *Part. 4, tit. 4, de Temperantia*, cap. 4, § 1.

S. AUGUST. 4. Quis est, qui non in cibo rapiatur aliquando extra metas necessitatis? *Lib. 10, Conf.*, cap. 31.

5. Res quae nimia est, modo eget. *De Beata vita*, in disput. 3, diei.

6. Quomodo opitulatur quod nimium est, cum incommodius sit sepe, quam parum? *Ibid.*

7. Quidquid vel parum vel nimium est, quia modo eget, obnoxium est egestati. *Ibid.*

8. Illud praecuratum est, et non immerito diffamatur, hoc primum in vita esse utile, ut ne quid nimis. *Ibid.*

9. Ipsa bona, quae per se bona sunt, aliquid contrahunt, cum excedunt. *De Vera et falsa penit.*, cap. 8.

10. Tantum valet ordinatio Creatoris, et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilis, quam in eis quae concessa non sunt, vel unus, vel rarus excessus. *De Bono conjugali*, cap. 11.

11. Qui fit nimium justus, ipso nimio fit injustus. *Tract. 95, super Joan.*

12. Omnis nimieta in vitio deputatur. *Serm. S. BERNARD. 63, ad Sororem.*

13. Nunquam nimis dicitur, quod nunquam nimis fit. *Super. Epist ad Philip.*, cap. v.

14. Discite temperantiam modum, qui per licentiam queris excessum. *De Singulari clericor.*, cap. 9.

15. Nimieta salubrius pio consilio refraganda est. *Lib. 5, in I Reg.*, cap. iv, super illud: *Nalibus contraxit.*

16. Philosophorum sententia est, moderatas esse virtutes: excedentes autem modum atque mensuram, inter vitia deputari. *Epist. 8, ad Demetriad.*

17. Pluvia illa optima est, quae sensim descendit in terram; subitus et nimius imber in praecipua arva subvertit. *Epist. 10, ad Fortunam.*

18. Difficile est modum tenere in omnibus; modus virtus est, vitium nimieta reputatur: quod una et brevi sententia exprime possumus: Ne quid nimis. *Epist. 27, ad Eustoch.*

19. Morbi ex saturitate nimia concitantur. *Lib. 2, advers. Jovian.*

20. Immoderata jejunia, et ardor abstinence, et inordinata vigiliae, intemperantiae coarguuntur: idque nimietae sui parium, ut haec ipsa postea nec medicorum quidem fieri possint. *Prose.*

21. Quod laudabile est in tempore suo, fit de nimietae culpabile.

22. In bonis rebus quiddam modum excesserit, vitium est. *Epist. 1, ad Demetriad.*

23. Virtutes discretionem quaerunt, et nimietae omnis in vitio est. *Lib. 1, super Prov.*, cap. 4, super illud: *Averte peccatum tuum a malo.*

24. Non sola crapula vini mentem inebriare consuevit, verum etiam cunctarum escarum nimietae vacillantem eam, ac nutabundam reddit, omnique integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. *Lib. 5 de Cenob. inst.*, cap. 6.

S. BRUNO.  
S. SYPRIAN.  
S. GREGORIUS MAG.  
S. HIERON.  
JOAN. CASS.

25. Si Sodomitae sola nimietae panis ad prae-  
ruptum flagitiorum precipitium vitio satietatis  
impelgi, quid censendum est de his, qui vepelo  
corpore perceptionem caritatis, ac vini, immoderata  
libertate presumpsi, non quantum expetit  
imbecillitas, sed quantum animi libido suggeste-  
rit, usurpantes? *Ibid.*

26. Quisquis mensuram districtioris excesserit  
necesse est ut modum quoque remissionis excedat.  
*Ibid.*, lib. 6, cap. 23.

27. Vetus sententia est: Nimietae equalitates  
sunt. Collat. 2, *Abbat. Moysis*, cap. 16.

28. Escae potusque est nimietae castiganda.  
Collat. 22, *Abbat. Theona*, cap. 6.

29. Nec valet quidquam homini per imbecillitatem  
perficere, ne dum quid nimis. *Prosecc.*

30. Nam quidquid cum modo et temperamento  
fit salutare est: quidquid autem nimis et ultra  
modum est, pernitiosum fit.

31. In omni ergo opera modum et tempera-  
mentum oportet habere: nam omne quod excedit,  
periculosum est.

32. Sicut aqua, quae si nimis umbrae praebat,  
non solum nullum usum adhibet, sed etiam  
periculum exhibet. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 44,  
sent. 14.

33. Nimietae omnis in vitio deputatur: omne  
autem quod cum modo fit, salubriter fit. Lib. 2  
de *Symon.*, cap. 16.

34. Omne quod nimis est, vitium est. *Ibid.*

35. Nimietae edaces et bibaces dedecorat, non  
cibi neque peculi natura contaminat. Serm. 4,  
*Quadragesima*.

36. Quaecumque super mensuram sunt, demoni-  
um sunt. In *Sent. in fine positus*, sent. 78.

SENTENTIA PAGANORUM.  
37. Nimii labores, cibique nimii, valetudinem  
auferunt. Lib. 2 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 2.

38. Omne nimium, quod in voluptatibus repe-  
ritur, esse vituperabile perspicuum est. Lib. 3  
*Moral.*, cap. 11.

39. Omne nimium grave, et odiosum est. *Ibid.*,  
lib. 4, cap. 7.

40. Quidquid plus est, iniquum seu inaequale  
est: sed non quidquid est iniquum, plus est.  
*Ibid.*, lib. 5, cap. 2.

41. Quod nimium est fugito: parvo gaudere  
memento. Lib. 2 *Disticho*, metr. 24.

42. Somnus et vigilia modum si excesserint  
malum. *Commentar. 2, aphorism.*, 3.

43. Omne nimium naturae inimicum. *Ibid.*,  
aphorism. 11.

44. Omne nimium certe in magnam quandam  
contrariamque mutationem solet erumpere. Sy-  
zyg. 4, lib. 8, de *Republ.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

S. LEO I.

IN VII. PAT.

ARISTOTELI.

CATO POETA.

HIPPOCRATI.

PLATO.

PLINIUS I.

SENECA.

SEXTUS PH.

THALES PH.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

S. BONAV.

PLATO.

S. AMEROS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

in sua substantia, in sua efficientia: in sua causa,  
si a nobili origine principium ducat; in sua substan-  
tia, si nobilem essentiam, et proprietatem in se  
possideat; in sua efficientia, si nobiles effectus  
ex se producat. Part. 4, tit. 15, cap. 3, § 3.

11. Ubi vitiosum est ubique quod nimium est. *De*  
*Tranquillitat. animi*, cap. 9.

48. Nunquam nimis dicitur, quod nunquam  
satis dicitur. Epist. 27.

49. Magni animi est, mediocria malle quam  
nimia: illa enim utilia sunt, at haec cogno-  
superfluunt, nocent. *Prosecc.*

50. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami  
onere nimio franguntur, sic ad maturitatem non  
peruenit nimia fecunditas. Epist. 39.

51. Omne quod homini plus est, quam necesse  
sit, inimicum ei est. Sent. 132.

52. Nil nimium, satis est, ne sit et hoc nimium.  
In *Dictis Sapient. ex Ausonio*, dist. 6.

NOBILITAS.

*Etyimologia.* Nobilis dicitur, quasi non vilis; ejus  
et nomen et genus scitur. Lib. 10, *Etyimol.*  
verbo *Nobilis*.

*Definitio.* Nihil aliud est nobilitas humana qua-  
dam hominum fama, et quaedam in exteriori-  
bus vita honorabilis. Serm. 1, de *Uno martyre*.  
Nobilitas est virtus generosorum morum. *Sisygia*  
6, de *Definit.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Extra paradisum vir factus est, et mulier  
intra paradisum; ut advertas quod non loci, non  
generis nobilitate, sed virtute unusquisque gra-  
tiam sibi comparat. *De Paradiso*, cap. 4.

2. Probati viri genus, virtutis prosapia est. *De*  
*Noe et Arca*, cap. 4.

3. Quid te jactas de nobilitatis prosapia? non  
datur nobilitati palma, sed virtuti. *De Notuade*,  
cap. 13.

4. Commune malum nobilitatis est superbia.

Part. 2, tit. 3, cap. 4, § 4.

5. Rideliosa est nobilitas, quae attenditur ex  
parte corporis ratione generis. *Ibid.*

6. Unum bonum est, quod habet nobilitas car-  
nis, quae quasi quoddam frenum est, quod de-  
bet colligere homines, ne male faciant. *Ibid.*

7. Nobilitas sola est, quae animum moribus or-  
nat. *Ibid.*

8. Non estimetur etiam ab Ethnicis sapientia  
nobilitas carnis, sed animi ex optimis mori-  
bus resultans. Part. 2, tit. 4, cap. 4.

9. Signa vera nobilitatis animi sunt: liberali-  
tas, mansuetudo, virilitas, magnanimitas, gra-  
tudo. *Ibid.*

40. Nobilitas in tribus consistit: in sua causa,

noluit, an quia non possit habere. Epist. 113, ad  
*Sophiam virg.*

29. Quam sit inane, quam futile nobilitatis no-  
men, quis non videat? quae si ad claritudinem  
refertur, aliena est. *Prosecc.*

30. Videtur namque esse nobilitas quaedam de  
meritis veniens laus parentum.

31. Quod si claritudinem predicatio facit, illi  
sint clari necesse est, qui praedicantur: quare  
spendendum te, si tuam non habes, aliena claritu-  
do non efficit.

32. Quod si quid est in nobilitate bonum, id  
esse arbitrator solum, ut imposita nobilitas necesse  
videatur, ne a majorum virtute degeneret. Lib. 3,  
de *Consolat. philos.*, prosa 6.

33. Una est sola nobilitas facere voluntatem  
Dei: nec in patribus nobilitas magnam sapian-  
mus, nisi eis similes fuerimus. Super *Joan.*,  
cap. viii, in illud: *Opera patris vestri facite*.

34. Nobilis est Christus secundum carnem, nobilior  
secundum animam, nobilissimus secundum  
divinitatem. Serm. 3, de *Ascens.*

35. Ille apud Deum nobilior est, non quem  
nobilitas generis, sed quem devotio fidei et sancta  
vita commendat. Lib. 1, *Pharetra*, cap. 46.

36. Nullum ad commendationem hominis dig-  
nitas prospicere meretur, sed fides affert. *Ibid.*

37. Dominus non attendit in potentibus mundi,  
carnis nobilitatem sed nobilitatem morum. *De Ec-  
cles. hierarch.*, part. 2, cap. 3.

38. Sine causa est a foris vel genere, vel honore  
conspiciendus, qui non est intus ingenuus. Hom. 4,  
*Et Euseb. Emus.*, hom. 3 *Pascha*.

39. Nobilitas generis, vel virtutis gloria, pos-  
teros illustrat. *De Cardinal. oper. Christi*, in praefat.  
cap. 1.

40. Nomen instabilis fortunae est nobilitas.  
Epist. ad *Damas. Pap. de morte D. Hieron.*

41. Quod facitis, non differatis, frequentissima  
vestimenta permittitis, ne forte vestra disperet  
nobilitas, nec sit qui vos excedat ut in inferno  
vovecundiam recipiatis et confusionem. *Ibid.*

42. Discite nihil tibi de nobilitate generis as-  
signare: licet avo, patre, socio, matris consuli-  
bus priorem fueris inter seculares illustres. *Prosecc.*

43. Nunc in eo te illustrem fieri cognosce, in  
quo tibi virtus humilitatis accrescit.

44. Nobilitatem carnis, quae superbie fomes  
est, objice: et nobilitatem spiritus, perfecta cordis  
humilitate sectare. Epist. 2, ad *Gallum*, cap. 16.

45. Vera nobilitas non subsistit ex divitiis, sed  
cognoscitur in moribus. *Tract. de Machab.*

46. De prosapia carnis evacuaris a gloria  
Christi, si alia te nobilitati praesumas. Serm. 18,  
*super Cant.*

BOETIUS.

S. BONAV.

S. CESARIUS ABELAT. ET EUSEB. EMISSER. S. CYPRIAN.

S. FISERIVS CESARENSIS.

FULGENT.

S. GAUDENT.

GILBERTUS. BOETIUS.

- S. GREGOR. MAGNUS.** 47. Ad nobilitatem internae proles, virtutis nobilitate sublevantur, qui stultam sapientiam mundi despiciunt, et sapientem Dei stultitiam concupiscunt. Lib. 20 *Moral.*, cap. 16, num. 17.
48. Tanto ad nobilitatem quisque erigitur, quanto per acceptam imaginem ad similitudinem Christi ex imitatione renovatur. *Ibid.*, num. 17.
49. Nonnulli solet nobilitas generis parare ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciat, qui plus ceteris se aliquod fuisse meminerunt. Lib. 2, *Dialog.*, cap. 23.
50. Non te generis nobilitas extollat, ne super te causa iactantia rapiaris: sed omnibus inferiorem te sentias, et sic in te spiritum superbiae extinguas. Super *Septem Psalm.*, *Pennit.* Super *Psalms.* vii, vers. 40.
51. Nobilitatem semiplenum bonum videtur, quod sine adiectione et favoris praeiudicis relinquatur. Lib. 12, in *Registro*, indict. 7, cap. 17, epist. 17, ad *Asclepiodotum patricium.*
52. Nobilitas quae trahitur ex carnis origine, rectae fidei virtutibus est illustranda. Lib. 3, in 1, *Reg.*, cap. ii, super illud: *Hi sunt dñi, qui percusserunt.*
53. Carne magnorum virorum se filios esse gloriantur, qui eorum nobilitatem fidei non sequuntur. *Ibid.*
54. Nobilis dicitur, qui superna conversatione conspicuus est, et de mundanae vitae rusticitate nihil habet. Lib. 4, in 1, *Reg.*, cap. iv, super illud: *Ecece est vir Dei in civitate.*
55. Viri Dei nobiles sunt, qui dum fortiter ea quae divina sunt agunt, et nihil degeneratis habent: quia in magna luce omnia suae conversationis radios profertur celestis originis. *Ibid.*
- S. GREG. NAZ.** 56. Nobilitas vera, imaginis est conservatio, et ad exemplar configuratio, quod operatur verbum et virtus. Orat. 7, in *Favere Gorgoniae Sororis suae.*
57. Nequaquam philosophicum est, eam nobilitatem admirari, quae ex fabulis et sepulcris procedit, ac jam diu supercilia tollit: nec illam, quae ex sanguine oritur, ac litteris: sed quam pietas ac mores suis consignatis sigillis. Orat. 21, ad *Heronem philosophum.*
58. Unusquisque nobilis est, qui illud quod ex virtute est, et ad archetypum inclinat, consecutus est et custodit. *Prosecc.*
59. Ignobilis vero omnis, qui malitia confundit, et formam aliam, hoc est anguis more fœdaverit. Orat. 23, ad *Arianos.*
- S. HIERON.** 60. Nobiliem familiam Virgo virginitate sua nobiliorum facit. Epist. 8 ad *Demetriad.*, pag. 64.
61. Nulli te unquam de generis nobilitate praeponas: neque obscuriores quasque, et humiliorum

- loco natas, te inferiores putes. Epist. 14, ad *Callantiam.*
62. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilibus Petro, qui piscator et pauper fuit? Quid in feminis Beata Maria illustris, quae sponsa fabri describitur? *Ibid.*
63. Frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum universi pariter honoris, et ejusdem apud Deum pretii sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti. *Ibid.*
64. Nihil eo nobilior, qui opibus et nobilitate contempta, fit paupertate et humilitate nobilior. Epist. 16, ad *Principiam.*
65. Gloriosior ille sub vero Imperatore Christo, non qui nobilior, sed qui fortior est. Lib. 1, *advers. Jovian.*
66. Nobilitatis tuae ad hoc tantum memineris, ut cum claritate generis morum sanctitate contendas: et cum nobilitate corporis, animi virtute nobilior proficias. Epist. 1, ad *Demetriad.*
67. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis, ille tunc integram nobilitatem sua servare se putet, si dedignetur servire vitis, ab eisque non superari: a quo enim quis superatur, hujus et servus est. *Ibid.*
68. Non est quod sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur, si ex meliori parte vitiorum sit famulus: multo est indignius mente servire, quam corpore. *Ibid.*
69. Quid tibi in generis nobilitate blandiris et complaces? duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis silva descendit. *Prosecc.*
70. Mundana nobilitatem non naturae acquies praestat, sed cupiditatis ambitio. Epist. 14, ad *Mauritium filium.*
71. Nullus tibi ignobilitatis locus, nec degener quisquam est, quem divinae nativitas ornat nobilitas, nisi apud illos qui non putant humanis caelestia praepoenda: aut si putant, quam vanum est, ut se illis in minoribus praefertant, quos sibi in majoribus pares esse sentiunt. *Ibid.*
72. Dignitas originis, in operum consistit exemplis: et prosapie gloria, fidei imitatione retinetur. Super *Math.*, can. 2.
73. Nobilitas generis non salvat hominem, sed quandoque penam ejus aggravat. Super *Psalms.* xxxix.
74. Nobilitas sola est animi, quae moribus ornat. In *Prologo.*
75. Quae utilitas est ex claris et probis parentibus originem ducere, bonae autem vitae et moribus esse expertem? *Prosecc.*
76. Magna tibi erit gloria, si parentes et pro-

S. BILANICE.

RUGO CARO.

S. JOANNES CHRYSOST.

- genitores tui fuerint ignobiles et obscuri, ipse autem virtutibus floreat. Hom. 23, super *Gen.*
77. Quid infidelis gloria? saepe qui clarus erat et nobilis, repente contemptibilis fit et ignobilis: et e diverso saepe obscuro subito clarascunt. Hom. de *Habenda cura subitis proximi.*
78. Et si millies clarus habearis, atque nobilis, nihil hinc tamen inglorio aliquo melior existis: imo ad hoc ipsum multo inhonoratior, multoque despectior. Hom. 4, super *Math.*, *Oper. perf.*
79. Nihil confert ad eminentiam liberis paterna nobilitas: depravatio enim voluntatis, viciat privilegia naturae, quae peccantem non modo nobilitate patris, verum etiam ipsa libertate expellunt. *Ibid.*, hom. 9.
80. Una sola et vera et communis nobilitas cum Christo est, ut voluntatem Dei facias: hic nobilitatis modus multo melior aliis nobilitatibus atque uberior. *Ibid.*, hom. 45.
81. Nihil de parentum nobilitate quidquam nobis arrogamus, nisi probam eorum vitam sequamur. *Ibid.*
82. Si nobilitatem tuam ostentare placet, libertatem animi ostende. *Ibid.*, hom. 59.
83. Quid prodest ei quem sordidant mores generatio clara? aut quid nocet ei generatio vilis, quem mores adornant? *Prosecc.*
84. Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Hom. 3, super *Math.*, *Oper. imperf.*
85. Aurum de terra nascitur, sed non est terra: aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur: sic nobilitas. *Ibid.*
86. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibilem nasci. *Prosecc.*
87. Qui de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis ejus, non est ejus solius, sed communis videtur cum genere: qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis ejus, solius ejus est.
88. Qui de contemptibili genere, contemptibilis nascitur, turpitudine contemptibilitatis illius, non ejus solius est, sed etiam generis ejus: qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudine illius, solius ejus est.
89. Melius est ut in te gloriantur parentes, qui talem filium habent, quam te glorieris in parentibus. *Ibid.*
90. Tu qui magna de nobilitate majorum te iactas, ultra proavos atque avos tuos si progrediaris, invenies multos a genere tuo agasones forsitan aut cauponas fuisse: ad alteros e contrario: progrediaris tu aliquantulum ultra parentes, et invenies multo te clariores fuisse. *Ibid.*

Tom. III.

91. Nihil aliud certe est nobilitatis genus, quam verbi sonitus ab omni re destitutus, quod in extremo illo die probe scietis. Homil. 59, super *Math.*, *Oper. perfect.*
92. Generatio clara non liberat, quem vita maculata ligat. In cap. 2, *Regul. S. Benet.*, verbo *Caput.*
93. Qui vitium dominatur, ille nobilis est. *Ibid.*
94. Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam ostendit, si dedignetur servire vitis, et ab eis non superari. *Ibid.*
95. Quid prodest ei, quem majores sordidant, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? *Ibid.*
96. Vera nobilitas a probis moribus confecti nata est, ac firma et stabilis dignitas virtute comparatur. Lib. 2, epist. 264, ad *Seren.*
97. Quae potest firma esse nobilitas, quae opes, quae potentia, quam possit Deus reges quoque ipsos inferiores infirmis facere? Lib. 5, de *Divina inst.*, cap. 16.
98. Nobilitate generosus es, parentes tuos laudas: omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur. In suo *Octavo.*
99. Quid iactas genus tuum? quem teipsum facis? vaga et incerta est hominum generatio: et quandoque putatur filius principis, qui filius est culinarii histricionis. Epist. 3, ad *Quendam nobilem.*
100. Quanto est celebrior titulus tuae nobilitatis, tanto gloriosius tibi cedit ad cumulum laudis: si alios in Christi ministerio superas sanctitate, quos generositate transcendis. Epist. 15, ad *Epic.*, *Carnotens.*
101. Veram et commendabilem reputo nobilitatem, cum generis claritate virtutem. *Ibid.*, epist. 49, ad *Decan. Carnotens.*
102. Nobilitatem Sanctorum esto semper amulor, nec te ad agendum aliquid generositas carnis, sed potius linea provocet, sanctitatis. *Prosecc.*
103. Frivolum est, proavorum iactare titulos, sed gloriosum est, Sanctorum praecedentium equiparare triumphos.
104. Non tam delectatoris sublimitate natalium, quam spirituum titulus insignitur. Serm. 46, de *Nativitate B. M. V.*
105. In humano genere ille nobilis dicitur, qui claris majorum titulis insignitur. Serm. 46, de *Nativitate B. M. V.*
106. Quoniam nobilitas expiata purgataque mentis sors est praecipua, nobiles dicendi sunt soli prudentes et justi, etiam si e vernis aut emptiis nati sint. *Prosecc.*
107. Malis vero prognatis ex honestis majoribus, nullus locus esto inter nobiles. De *Nobilitate.*

JOAN. TRIT.

S. ISID. PELUS.

LACT. FIRM.

MINUTIUS FELIX.

PET. BLES.

S. PETRES. DAMIAN.

PHILO JUD.

108. Si Deus nobilitati formam vocemque daret humanam, sic allocutura esset: Gentilis non sanguine solo estimatur apud veritatem iudicem, sed factis studiisque similibus. *Ibid.*

109. Satis liquet nobilitatem virtuti potius tribuendam, quam illi generi. *Ibid.*

110. Quid prodest nobilitas generis, ignobilem praeferenti animum? *Ibid.*

111. Liqueat nobilitatem nihil prodesse indignis hac prerogativa generis. *Ibid.*

112. Generis nobilitas, etiam deterrimis obremit. *Lib. de Abrahamo.*

113. Genus deductum ab illustribus maioribus, gnominiis factis dehonore, probum est turpissimum. *Lib. de Joseph.*

114. . . . . Absit ut me nobilem Sanguis parentum praestet, aut lex curiae: Generosus Christi secta nobilitat viros. In *Peristepiano, de Hymno S. Romani Martyr.*, vers. 123.

115. Non aliud videtur nobilitas in omni mundo, quam unus homo in grandi populo. *Lib. 3, de Gubern. Dei.*

116. Tanta est miseria hujus temporis, ut nullus habeatur magis nobilis, quam qui est plurimum dives. *Ibid.*

117. Quicumque ex nobilibus, qui mala horrent, irasci talibus debent, qui facinoribus sordissimis nobilitatis nomen infamant. *Ibid.*, lib. 4.

118. Virtus est longe illustrior nobilitate majorum. Super *2 Reg.*, quaest. 84.

119. Nobilis est et ingenium, quem nobilitat sua virtus. In *Hortulo rosar.*, cap. 9, sect. 3.

120. Inter nobiles, nil virtute nobilior: inter ignobiles, nil vitio deterius. In *Euchirid. monachar.*, cap. 5.

121. Qui appetant se de nobilitate, et non tenent vitam nobilem et nobiliam, non debent dici nobiles, quia degenerant. *Prosec.*

122. Nobilis est ille, qui vivit nobiliter. *Serm. 1, Fer. 5, post Innocent.*

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL. 123. Nobile, id est quod ex bono prodiit genere. *Lib. 1, de Histor. animal.*, cap. 4.

124. Nobilitas apud omnes in honore habetur; est enim generis virtus nobilitas. *Lib. 3 Polit.*, cap. 8.

125. Videntur nobiles esse illi, quorum majores virtute praediti fuerunt. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

126. Nobilitatem et virtutem in verbis quidem omnes fere usurpant: at enim qui revera nobiles ac boni virtuosique sint, nusquam centum reperiantur, divites autem multis in locis. *Ibid.*

127. Nobilitatis mores sunt, ut ambulosant sit, qui nobilior est. *Lib. 2, Rhetor.*, cap. 15.

128. Nobilitas quaedam majorum claritas est. *Ibid.*

129. Nobile secundum virtutem generis est. *Ibid.*

130. Omnes boni semper nobilitati favemus, quia reipublica utile est nobiles esse homines dignos maioribus suis. *Orat. 2, pro Sextio Roscio.*

131. Plus tibi virtutem quam nobilitatem prodesse oportet. *De petit. Consulat.* num. 5.

132. Humilitate nominis nihil est clarius: quemcumque volueris revolve nobilem, ad humilitatem pervenies: nihil est humili casa nobilior. *Lib. 1, Controvers. 6.*

133. Eadem omnibus est origo; nemo altero nobilior, nisi qui rectus ingenium, et artibus bonis aptius. *Lib. 3, de Genes.*, cap. 28.

134. Non facit nobilem atriium plenum fumosis imaginibus, sed animus facit nobilem. *Epist. 44.*

135. Nobilitas animi, est generosus sensus: nobilitas corporis, generosus animus. *De Moribus.*

136. Pulchritudo multo parari, quam creari nobilem. In *Dictis Sapient. ex Ausonio.* dict. 5.

Vide etiam tit. *Electio*, sent. 5; *Haereditas*, sent. 67; *Ingenium*, sent. 34; *Laqueus*, sent. 8; *Liberalitas*, sent. 13; *Necessitas*, sent. 24; *Religiosus*, sent. 107.

NOCUMENTUM.

Definitio. Nocumentum est quidam eventus consequens actum peccati. 1, 2, quaest. 73, art. 8.

SENTENTIA PATRUM.

1. Nocere etiam his, qui non laeserint, plerique sibi existimant gloriosum. Super *Psal. xxxv.*

2. Mors nemini nocet, utinam vita non nocet: contagium enim collusionis, consorcionum iniquitatis est. Super *Psal. cxviii*, serm. 24, vers. 3.

3. Nesciens sibi vult male, dum non putat sibi chesse quod vult: sed tamen male sibi vult, quando id vult quod obsit sibi. *Lib. 14, de Trinit.*, cap. 14.

4. Nemo vult sibi a quoquam noceri, nec ipse igitur cuiquam nocerit. *Lib. 3 de Doctrina christ.*, cap. 14.

5. Saepè nihil nocet et iniquitas, qui patitur injuriam: ei autem qui facit, necesse est ut nocet. *Serm. Dom. in monte*, lib. 2.

6. Unusquisque malus apud se habet voluntatem nocendi: ut autem possit nocere, non habet in potestate. Super *Psal. xlix*, enarrat. 2.

7. Qui timore poena innocens est, non est innocens, quamvis non nocet, cum vult nocere: non enim nocet altari per effectum malum, sed sibi plurimum per cupiditatem malam. *Prosec.*

8. Multum errant homines, qui putant injusti-

CICERO.

SENECA.

SOLON. PR.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

iam suam aliis nocere, et sibi non nocere. Super *Psal. xxiii.*

9. Sibi prius nocet, qui vult aliis nocere. Super *Psal. c.*, vers. 3.

10. Quia aliquis tibi nocuit, vis et tu nocere, et ut tu vinca amplius magis quam ille nocuit, quomodo vincis malum in malo? *Serm. 73, ad frat. in eremo.*

11. Nullus Dei natura nocere quisquam potest, nec natura Dei injusto nocere cuiquam potest, nec nocere impune patitur quemquam: qui enim nocet, recipit hoc quod nocuit. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 2, causa 14, quaest. 3, can. *Secundum.*

12. Quod natura non nocet, nec vitium est. *Lib. 3, de Lib. arb.*, cap. 13.

13. Malum est quod nocet. *De Morib. Manich.*, cap. 3.

14. Quidquid nocet, bono aliquo privat eam rem cui nocet: nam si nullum bonum admittit, nihil prosumt. *Ibid.*

15. Cum timetur quae ad exiguum tempus nocent, si tamen nocent, committuntur ea quae vere in eternum nocent. *Epist. 70.*

16. Unusquisque sibi, et omnes invidiam sibi nocent. *De Agone christ.*, 1, cap. 7.

17. Malitiosis nihil nocent, quia hoc eis auferunt, quod non diligunt. *Ibid.*

18. Non nocere tibi potest, qui peccat. *Annot. in Job.*, cap. 7.

19. Quomodo justitia tua nihil Deo prodest, sic injustitia nihil nocet. *Ibid.*, cap. 35.

20. Non quiescit in malis voluntas nocendi, etiam cum potestas non datur. *Ibid.*, cap. 38.

21. Natura Dei noceri non potest, nec alicui natura sub Deo noceri injuste potest: quia et eum peccando injuste aliqui nocent, etsi voluntas injuste eis imputatur, potestas tamen qua nocere permittuntur, non est nisi a Deo? qui et ipsis nescientibus novit quid illi pati debeant, quibus eos nocere permittit. *De Natura boni*, cap. 14.

22. Nec natura Dei nocere potest quisquam, nec natura Dei nocere injuste cuiquam, vel nocere impune patitur quemquam. *Ibid.*, cap. 40.

23. Deo nocere nihil potest. *Lib. 2, de Actis cum Felice*, cap. 9.

24. Debet palam redargui, quod in occulto nocet. *De Unico baptismo*, cap. 4.

25. Inimici proprium est nocere ac insidiari. *Quest. 176*, quaest. compend. explicat.

26. Quid stulti proprium? non posse et velle nocere. In suis *Prov.*, verbo *Quid*.

27. Ingratus unius multis miseris nocet. *Ibid.*, verbo *Ingratus*.

28. Magna gloria est, si qui nocere potuisti, parcas. *de Inter. domo*, cap. 43.

S. BASIL. MAG.

V. REDA.

S. BERNARD.

29. Quae pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. *Lib. 3, de Consolat. philos.*, prosa 4.

30. Nihil est quod nocere possit homini patienti: quia ad modum incudis, quanto fortius malleis infunditur, tanto amplius insolidatur. *Serm. 2, de SS. Philippo et Jacobo.*

31. Iste nocentium mos est, ut primum sibi nocent, qui alterum gravare festinant. Super *Psal. lxxiii*, vers. 3.

32. Esse iam inter nocentes innoxium, crimen est. *Epist. 2, ad Donat.*, cap. 7.

33. Impii quod facilius nocent, sermone lenes, blandos atque molles faciunt, amplius quam ullum oleum valeat esse molle aut blandum. In *Elucid.*, super *Psal. lxxv*, vers. 24.

34. Qui cuncta simul in effectu non explet, cuncta quae nocent in mente tacitus tenet. *Lib. 15 Moral.*, cap. 16.

35. Cum sit gravus justos, quam injuste injustos affligere: multo tamen est gravius et justis pariter et injustis nocere. *Ibid.*, cap. 19.

36. Maximam partem aequalitatis implevit, qui nulli nocuit. *Epist. 14, ad Celantian.*

37. Malignitas, odium, atque invidia, maxima et sola semina sunt nocendi. *Ibid.*

38. Christiana anima non opere modo, sed etiam voto nocere alicui formidat. *Ibid.*

39. Quantum ad peccati rationem pertinet; nocuit, qui nocere disposuit. *Ibid.*

40. Voto quo quis alteri vult nocere, seipsum cruciat. *Epist. 1, ad Demetr.*

41. Qui aperte nocere non audent, dolo et fraude nocere cogitant. Super *Prov.*, cap. xii.

42. Nemo prius nocet ali, quam sibi ipsi. *Ibid.*, cap. xxx.

43. Ea quae sunt in mundo, non possunt nocere eis, qui sunt extra mundum: nec mendacia laedunt eum, non in quo habitat Spiritus Sanctus: sed mundus mundualibus nocet, et mendaces seducunt mendacia. *Homil. 48, super Matth. Oper. imperf.*

44. Praesit hostis, dum nocet: beneficium tribuit, cum occidit. *Homil. 3, ex Divers. in Matth.*

45. Nemo nocere prudenter vult potest. *Homil. Quod nemo laeditur.*

46. Pro bellis immanibus sunt habendi, qui hominibus nocent. *Lib. 6, de Divin. inst.*, cap. 10.

47. Eum virum bonum esse censeo, qui prosit quibus possit, nocet nemini. *Ibid.*, cap. 18.

48. Vide ut ne facias ulli, quod pati nolis: sed alterius animam de tuo metieris. Si acerbum est injuriam ferre, et qui eam fecerit videtur injustus: transfer in alterius personam quod in te sentis, et in tuam quod de altero judicas: et intelliges tam

ROETIUS.

S. DONAV.

CASSIODOR.

S. CYRILLUS NTERS. FRANCISCUS TITELM.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

LACT. FERM.

to injuste facere, si alteri noceas, quam alterum si tibi. In *Epitoma*, cap. *Duas*.

49. Ipse nocens est, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parci, ut pluribus nocet. *De Ira Dei*, cap. 17.

S. LEO I.  
50. Maltitia nocendi avidus dum irruit, ruit: dum capit, capitur. *Serm. 9, de Passione*.

51. Magnum bonum est, nocere non nosse, et ad maligna non sapere. *Serm. 7, Epiphani.*

S. LUCIUS  
CAP. MART.  
S. THOMAS  
AQUINAS.  
52. Sapiens non est, omnis qui nocet. In *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 6, quest. 1, can. *Sapiens*.

53. Voluntas nocendi, est homini a seipso: sed potestas nocendi, est a Deo permittente. *Super II Tim.*, cap. iii, lect. 2.

54. Pejus est quod nocet meliori, quam quod nocet peiori. 1, 2, quest. 39, art. 4.

55. Tanto majus est nocumentum, quanto majus bonum demitur. 2, 2, quest. 73, art. 3.

N VII. PAT.  
56. Equalis est causa Monacho, si contra eum, qui vi nocuit, causare velit, ac si contra diabolum. In *Sent. in fine positus*, sent. 85.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTELES.  
57. Qui nocet cum electione, injustus est atque pravus. *Lib. 5, Ethic. ad Nicomach.*, cap. 8.

BIAS PHIL.  
58. Quod prudentis opus? cum possit, nolle nocere: quod stulti proprium? non posse, et velle nocere. *Ex Dictis Sapient. ex Avsonio*, dist. 6.

EPICTETUS.  
59. Nulla ratio ut is, qui noceri sibi putat, eo letetur quod nocere videatur. In suo *Enchirid.*, cap. 38.

PLATO.  
60. Nefarius sermo ille videretur: justum est injustis hominibus nocere. *Sisygia 4*, lib. 1, *de Republ.*

SENECA.  
61. Pestifera vis est, valere ad nocendum. *Lib. 1, de Clem. ad Neron.*, cap. 3.

62. Tanto hominum moderatior esse animus debet, quanto vehementius nocet. *Ibid.*, cap. 16.

63. Nihil divinitati nocetur, *De Constant. Sapient.*, cap. 4.

64. Quidquid facis, contra te facis, et motu ipso noces tibi. *Epist.* 28.

65. Tam imbecillum est quod nocet, quam cui nocetur. *Epist.* 75.

66. Quam tutum est ei non nocere, cui debeas prodesse. *Epist.* 95.

67. Misericus est nocere, quam laedi. *Epist.* 65.

68. Proprium est nocentium tropidare. *Epist.* 97.

69. Malus malo nocet. *Epist.* 109.

70. His, qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subreunt, sis oppositissimus. *De Quatuor virt.*

71. Justus ut sis, non solum non nocabis, sed etiam nocentes prohibebis: nam nil nocere non est justitia, sed abstinentia alieni est. *Ibid.*

72. Utinam ea lex homini esset, ut cum telo suo frangeretur: nec sapius liceret nocere, quam semel. In suis *Proverb.*

73. Optimam purificationem pulato, nocere nemini. *Sent.* 20.

74. Nocere Deo, nemo potest. *Ibid.*, sent. 76.

75. Sapiens non est, qui nocet. *Ibid.*, sent. 292.

76. Quod anime non nocet, nec homini. *Ibid.*, sent. 307.

NOMEN.

*Etymologia.* Nomen dictum est, quod notam rem faciat. *Super Psalm. LXXI*, vers. 17.

Nomen dicitur, quasi notamen, quod nobis vocabulo suo res notas efficiat: nisi enim nomen sciretis, cognitio rerum perit. *Lib. 1 Etymol.*, cap. 7.

*Definitio.* Nomen est impositio ad cognoscendum rem, quia significatum nominis est diffinitivum et ratio rei. *Super Epist. ad Ephes.*, cap. 1, lect. 7.

Nomen est imitatio, quae voce fit ministerio illius nimirum rei, quam qui imitari instituit, voce imitatur. *Sisygia 3*, in *Dialogo Cratyl.*

*Divisio.* Nomen alicujus rei dupliciter potest accipi, videlicet secundum quod est expressivum vel secundum quod est significativum. *Super Epist. ad Ephes.*, cap. iii, lect. 4

SENTENTIE PATRUM.

1. Si nomen habes et factum non habes, quid tibi prodest nomen, ubi res non invenitur. *Tract. 5*, super *1 Epist. Joan.*, cap. iii.

2. Nomen ad sonum, sonus ad aures, significatio ad mentem pertinet. *De Quant. animae*, cap. 32.

3. Omnia nomina verba sunt, non autem omnia verba nomina sunt. *De Magistro*, cap. 4.

4. Cujus me nomen ignorare voluisti, profecto de illo me judicare noluisti. *Epist.* 86.

5. Aliquando res que significat, nomen ejus rei quam significat, accipit. *Epist.* 402.

6. Nihil est contentiosius, quam ubi de re constat, certare de nomine. *Epist.* 174.

7. Enumtari aliter non potest res, que nomen accipit, nisi aliquo nomine. *De Genesi inq̄rff.*, cap. 6.

8. Omne vocabulum ad distinctionem valet, unde etiam nomen quod rem notat, appellatum quasi notamen. *Ibid.*

9. Non prodest nomen, ubi res non est. *Tract. 4*, super *Epist. Joan.*

10. Nomen cum honore serva, moribus imple. In suis *Proverb.*, verbo *Si ames*.

11. Nihil nomini quidquam augere gloria potest sublimitas dignitatis, auget autem plurimum

SIXTUS  
PHILOSOPHUS

CASSIOPOR.

S. ISIDORUS  
HISPALENS.

S. THOMAS  
AQUINAS.

PLATO.

S. THOMAS  
AQUINAS.

HAYMO.

S. AUGUST.

S. HIERON.

S. ISID.

S. JUSTIN.  
MART.

LACT. FIRM.

S. LAURENT.  
JUSTINUS

S. BEDA.

S. HERNANIN.

humilitas paupertatis. *Epist. 24*, ad *Magistrum Gilbertum episc. Londin.*

42. Fugo rem, et tene nomen. *De Gradib. humilit.* grad. 4.

BOETIUS.  
43. Plures magnum sepe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt, quod quid turpius excogitari potest. *Lib. 3, de Consolat. philos.*, prosa 6.

44. Nonnulli venerandum nomen gloriose mortis pretio emerunt. *Ibid.*, lib. 4, prosa 6.

45. Non videtur congruum, ut nomen sonet timoris, ubi de materia agitur amoris. *De Perfect. charit.*, art. 49.

CASSIOPOR.  
S. EUSEBIUS  
CAESARIUS.  
GLOSS. INT.  
S. GREGOR.  
MAGNUS.  
46. Nomen instabilis fortunae est nobilitas. *Epist. ad Damas. pap. de morte D. Hieron.*

47. Novit nomen De, qui colit Deum. *Super Psalm. ix.*

48. Nominis venerandi repetitio, precandi adauget affectum. *Super Septem Psalm. Penit.* super *Psalm. vi*, vers. 1.

49. Movetur desiderium, si nomen quod diligitur replicatur. *Ibid.*

50. Sacerdotes plerumque vanitatis sibi nomina expetunt, et novis ac profanis vocabulis gloriantur. *Lib. 4*, in *Registro*, indict. 13, cap. 76, epist. 32, ad *Mauritium august.*

21. Exhibeamus in opere, quod signatur in nomine. *Ibid.*, cap. 59, epist. 15, ad *Joan. episc.*

22. Aliquoties contingere solet, ut nonnulli a qualitate mentis, quam habent interius, nomina sortiantur exterius. *Serm. Dom. 22, post Pentecost.*

23. Feminae nomen taum noverint, sed vultum tuum nesciant. *Epist. 4*, ad *Rustic.*

24. Unusquisque pro moribus suis sortitur vocabulum. *Lib. 4*, super *Ezech.*, cap. ii, super illud: *et cum scorpionibus habitas.*

25. Nomen bonum est, non quod a turbis vulgi imperii: sed quod a fidelium, quamvis paucorum testimonio laudatur. *Lib. 2*, super *Prov.*, cap. xxii.

26. Nomen Domini sanctum est sanctis, terribile peccatoribus. *Super Psalm. cx*, vers. penult. *Sanctum et terribile nomen ejus.*

27. Cum Dominus noster in Evangelio precipiat nullum patrem vocandum, nisi Deum: nescio qua licentia in monasteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquiescamus. *Lib. 2*, super *Epist. ad Galat.*, cap. iv, super illud: *Quoniam estis filii Dei.*

HUGO CARD.  
28. Nomen justorum, quod modo mortuum est, in futuro reviviscit. *Super Prov.*, cap. x.

29. Nomen bonum habet, qui fidelium testimonio laudatur, licet paucorum, non vulgi imperit. *Ibid.*, cap. xxii.

30. In conversione mutatur nomen, ut nomi-

nis mutatio vite mutationem ostendat. *Super Marc.*, cap. iii.

31. Impositio nominum symbolum est dominii. *Homil. 14*, super *Gen.*

32. Nihil prodest alicui nomen, virtute vacuum. *Ibid.*, homil. 21.

33. Non est mediocri virtutis, hostem honoris et obsequii vocabulis appellare. *Prose.*

34. Ne unquam inimicum famosis nominibus, sed honorificis potius appelles. *Homil. 1*, de *David et Saule.*

35. Unde tibi filii nomen imponis? quem nec actus, nec natura commendat, quem nec fides, nec genus probat, quem nec mores, nec prosapia indicat? *Serm. de Zuccheo.*

36. Frustra nomen usurpas, si nomini per contemptum repugnans, prodesse ostende, aut observantibus nominis vocabulum eode.

37. Aut facis quod vocaris ostende, aut observantibus nominis vocabulum eode.

38. Pravaricationis crimen incurris, si aliud feceris quam vocaris. *Homil. 2*, in *Dictum Joan. 15*: *Vos amici mei estis.*

39. Ubiqueque fuerit nomen Domini, ibi omnia sunt prospera. *Homil. 9*, super *Epist. ad Colos.*

40. Quod vocatur, debellat: quod profertur, impugnat. *Homil. 14*, ex variis in *Matth.*

41. Ex omnibus nominibus, quae Deo tribuntur, nullum aequè proprium videtur, sicut entis nomen. *Lib. 4*, de *Fide orthodox.*, cap. 14.

42. Non refert quo nomine appellatur in terris, qui cum sanctis regnat in caelis. *Lib. 2*, de *Vir. illustr. ord. S. Bened.*, cap. 21.

43. Utilis materia etiam absque auctoris nomine valet. *Ibid.*, cap. 144.

44. Si humile nomen offendit, non ledit nisi superbum. *Orat. 2*, in *Conventu abbat. habita.*

45. Beatus es, ac mirificis laudibus dignus, qui hoc es, quod vocaris. *Lib. 3*, epist. 114, ad *Lampertium.*

46. Nominis appellatio nec in bonis, nec in malis ducitur sine laetis, quae in nomen conveniunt. *In Apolog. 2.*

47. Ex nomine nec laus nec supplicium jure comparatur, nisi aliquam virtutem aut vitium facta declarare possint. *Ibid.*

48. Impudentia est bonis malorum nomen imponere, sapientibus stultorum, justis impiorum. *Lib. 5*, de *Divin. inst.*, cap. 20.

49. Parum prodest solo nomine decorari vocabulo. *De Ligno vite*, tract. 2, de *Prudent.*, cap. 3.

50. O quam rari sunt, qui spirituales re, et nomine censendi sunt: vocabulum hoc denuntiatione sortiuntur multi, effectum vero ipsius pauca. *De Obedient.*, cap. 16.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

S. JOAN.  
DAM.

JOAN. TRIT.

S. ISID. FEL.

S. JUSTIN.  
MART.

LACT. FIRM.

S. LAURENT.  
JUSTINUS



MINUTIUS FELIX.

54. Nomen Dei non queras; Deus nomen est illi. *Prosec.*

52. Illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudō dirimenda est.

53. Deo, qui solus est, Dei vocabulum totum est: aufer additamē nomini, et perspicuus quis claritatem. In suo *Octavio*.

PHILO JUD.

54. Nominum impositiones manifestissimē res ipsas indicant, ut res necessario in nomen abeat sine ulla differentia. Lib. *de Cherubin*.

55. Adm omnibus reliquis imposuit nomina, sibi nullum imposuit, quia naturam propriam ignoravit. Lib. *1 Leges allegor.*

56. Deus non habet opus nomine; attamen humano generi suum nomen largitus est, ut habentes refugium ad preces et supplicationes; a spē bona non excluderentur. Lib. *de Abrahamo*.

SALVIANUS.

57. Nihil sunt vocabula sine rebus. Lib. *3 de Gubern. Dei*.

58. Quam innumerabiles populi, cessantibus meritis, etiam nomina perdididerunt! *Ibid.*

59. Multo plus est fidem habere, quam nomen: quia nomen est vocabulum hominis, fides autem fructus est mentis. *Ibid.*

60. Atrocis sub sancti nominis professione peccamus. *Ibid.*

61. Sacro-sanctum Domini Dei nomen sacrilegorum hominum maledictione violatur. *Ibid.*

62. Magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat: et restus impij, est pitum nomen. *Ibid.*

63. Parum sunt rerum vocabula, ipsas res non habentia, et nihil virtutum verba sine viribus. *Ibid.*, epist. *ad Salonium episc.*

S. SYNESIUS EPISC.

64. Nullum usquam nomen inventum est, quod Dei naturam assequeretur. *De Regno, ad Arcadium imperat.*

TERTULL.

65. Fides nominum, salus est proprietatum. *De Carne Christi*, cap. 13.

S. THOMAS AQUINAS.

66. Nomen imponitur ad significandum rem aliquam; et tanto nomen est altius, quanto res significata per illud est altior. Super *Epist. ad Philip.*, cap. 2, lect. 3.

67. Nomen aliquo tanto aptius est ad divinarum personarum originem designandam; quanto minus modum processionis exprimit. Super *1 Sent.*, dist. 29, art. 1.

THOMAS KEMPIS.

68. Religionis nomen magnam laudam habet inter seculares, sed apud Deum sine contemptu seculi, parvi ponderis est. *Prosec.*

69. Quid enim valet altum nomen sine opere virtutis? quid prodest altus status sine humilitate et charitate? *Serm. 44 ad Novit.*, divis. 9.

70. Quid sanctitalis confert magni nominis di-

luctatio, quando parum, tunc illius virtutis residet in conscientia? *Serm. 47 ad Novit.*, divis. 4.

71. Bona vita, bonum nomen facit; et qui male se regit, bonum nomen perdit; nomen novum iterum acquirit; qui malos mores relinquit. In *Enchirid. monachor.*, cap. 6, sect. 2.

SENTENTIA PAGANORUM

72. Mortui sunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicibitur. *Sent.* 165.

Vide etiam tit. *Christianus*, sent. 450, 451, 453, 457, 458, 459; *Deus*, sent. 244, 245; *Episcopus*, sent. 96; *Mulier*, sent. 413.

NOVITAS MORUM.

SENTENTIA PATRUM.

1. Qui proficendo renovatur, transfert amorem a temporalibus ad eterna, a visibilibus ad intelligibilia; a carnalibus ad spiritalia. Lib. *14 de Trin.*, cap. 17.

2. Nisi auxilio Christi, non poteris renovari. Super *Psalm. lxxv*.

3. Inducitur tibi quaedam nova vita, et tu vetus es: novitatis gaudio suspenderis, vetustatis onere progravaris. Super *Psalm. lxxv*, vers. 2.

4. Remansit in vetustate, qui noluit amare novitatem. Super *Psalm. xxxi*, enar. 2, vers. 3.

5. Sic amemus novitatem, ut non timeamus vetustatem. Super *Psalm. xxxviii*, vers. 7.

6. Omnis qui jam voluntatis suae factus est arbiter, nisi eum poenitet vitae veteris, novam non potest inchoare. *De Poenit. medic.*, cap. 2.

7. Cum Christianus ceperit bene vivere, servare bonis operibus, mundumque contemnere; in ipsa novitate operum suorum patitur reprochensores et contradictores, frigidus christianus. *De verbis Dom.*, serm. 18.

8. Judicet se homo voluntate dum potest, et mores convertat in melius, ne cum jam non poterit, etiam preter voluntatem a Domino iudicetur. *Homil. 50, ex. lxxi Homil.*

9. Carnalitas vetustas est, gratia novitas: quantumque homo in melius fuerit innovatus, tanto amplius capit quod verum sapit. *Serm. 2, fer. 2, Pent.*

10. Mutatio consuetudinū, etiam quae adjuvat utilitati, novitate perturbat. *Epist. 118*, cap. 5.

11. Non omnis novitas profana est, sed profanae sunt verborum novitates. *Tract. 22, super Joan.*

12. Percipitur in baptismo christiano perfecta novitas. Lib. *6, contra Julian.* cap. 18.

13. Vetus homo suggerit vetustatem, tu in herō cognosce novitatem. *Tract. 22, super Joan.*

14. Nemo eligit novam vitam, nisi quem veteris poenitet. *Homil. 27, ex. lxx Homil.*, cap. 1.

15. Tunc nosmetipsos abnegamus, cum vitam

SILVUS PHILOSOP.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

quod per vetustatem facimus, et ad hoc nitimur quo per novitatem vocamur. Lib. *3, super Luc.*, cap. 9, in illud: *Abneget semetipsum*.

16. Sic adstet de novitate iucunditas, ut de vetustate non deest auctoritas. *Serm. ad Milites temp.*, cap. 11.

17. Renovetur cor a carnalibus et secularibus desiderijs, ut exclusis illis introducatur amor Dei. *Serm. 30, de Parisi Sermōn.*

18. Novitas conversionis, non est novella vanitas. *De Vita solit.*

19. Non potest vita Dei crescere in homine, nisi vila humana vetus decreseat. *Collat. 19 super Joan.*, cap. 3.

S. BONAV.

20. Festinemus emendatam vitam Domino, antequam auferat, offerre. *Homil. 17.*

S. CESARIUS ARELATENS.

21. Est nobis tunc magna laetitia, quando antiqui hominis vetustate deposita, in novae regenerationis gaudia commutatur. Super *Psalm. lxxv*, vers. 11.

S. FERDINANDUS EUSSENI.

22. Toties nos Dominus creat, quoties de vetustate peccati in novum hominem instaurare dignatur. Super *Psalm. ciii*, vers. 31: *Et creabitur*.

S. FERDINANDUS EUSSENI.

23. Invidiosiores sunt illi diis, quibus renascimur, vel reparamur, quam illi quibus nascimur. *Homil. 6 de Pascha.*

GLOSS. INT.

24. Novae vitae mysteria non sunt committenda membris nondum innovatis. Super *Matth.* cap. 9.

S. JOANNES CHRYSOST.

25. Suspecta est vetustati novitas. *Serm. 6, Fer. 6, Passionis.*

26. Quando quis nova avertit, res difficilior fit; quando maxime inveterata consuetudinibus amovet fundamenta, et novitas introducit. *Homil. 8, super 11 Cor.*

27. Corruptior externus homo dum flagellatur, renovatur autem fide, spē, charitate, ut se opponere audeat malis. *Ibid.* *homil. 9*, in illud: *Licet externus homo corrumpatur*.

28. Renovari est, quando quod inveteravit, aliud ex alio factum renovatur. *Serm. 13, super Epist. ad Ephes.*

S. IRID. PEL.

29. Non est grave ac sceleratum aliquid innovare, cum utilitas novitati adjuncta est. Lib. *2, epist. 46, ad Athanas. presbyt.*

S. THOMAS AQUINAS.

30. Novus homo est animus interior renovatus. Super *Epist. ad Coloss.*, cap. 8, lect. 2.

NOVITAS MUNDANA.

SENTENTIA PATRUM.

1. Novitatis appetitio in magnas quemque deducit angustias. *De Morib. Maach.*, cap. 10.

2. Mutatio consuetudinū, etiam quae adjuvat utilitati, novitate perturbat. *Epist. 118*, cap. 5.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

3. Novitas mater est temeritatis, soror super-

stitionis, filia levitatis. *Epist. 174 ad Canonic. Lugdun.*

4. Oculis et auris volunt nova percipere, sed nihil in novitate manet. Super *Ecclesiasten*, cap. 1.

5. Pudeat religiosos rumberulos esse, aut verborum secularium delatores. In *Speculo discipul.*, part. 1, cap. 20.

6. Ubi impietatis occasio patet, novitas admittitur: ubi autem religionis maxima et sola cautela est, excluditur. Lib. *contra Constantium heretic.*

7. Novitatis affectatores, nihil aliud demonstrant quam moram stultitiam, et arrogantiam ostentationem. *Serm. 3, super Epist. ad Rom.*

8. Qui novitatis student, nusquam erroris finem inventient, sed nova semper proferent. *Homil. 8, super 2 Tim.*

9. Profanus novitates devota. *Ibid.*, *homil. 5.*

10. Retenta est antiquitas, explosa novitas. In *commonit.*, cap. 9.

11. Vitanda est novitas, tenenda est antiquitas: profana est novitas, sacra est vetustas. *Ibid.*, cap. 26.

SENTENTIA PAGANORUM.

12. Discamus membris nostris inniti, cultum non ad nova exempla componere, sed ut majorum suadent morum. *De Tranquill. animi*, cap. 9.

13. Stultis et fortune credentibus, omnis videtur nova rerum et inopinata facies: magna autem pars est, apud imperitos mali, novitas. *Epist. 76.*

NOVITIUS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Totum quod antea novitio grave videbatur, paulatim leve efficitur. *De Similitud.*, cap. 77.

2. Multi languescunt in orando, et in novitate suae conversionis ferventer orant, postea languide, postea frigide, postea negligenter, quasi securi sint: vigilat hostis, dormis tu? Super *Psalm. lxxv*.

3. Pius Dominus noster Jesus Christus pusillos corde maxime novitios blanditios solat allicere: sed noverit qui hujusmodi sunt, gratiam hanc presertim sibi esse, non datam, ut in die bonorum memores sint malorum, et in die malorum non immemores sint honorum. *Serm. 3 de Circumcis.*

4. Salet inter primordia conversionis acris insurgere tentatio pravae consuetudinū, et vix extingui possunt facula ignita diaboli. *Serm. 4, Assumpt. B. M.*

5. Tribus modis renovamur: Carne, opere, carne et spiritu: carne, per baptismi mysterium ab originali peccato; opere, per poenitentiae remedium ab actuali delicto; carne et spiritu, per resurrectionis donum. In suis *sentent.*, verbo *Tribus*

S. BONAV.

S. HILARIUS.

S. JOANNES CHRYSOST.

VINCENT. IRRIN.

SENECA.

S. ANSELM.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

X. BEGA.